

41. *An ecclesia statim sit falsa, quæ est impura?* N. Nam veritas habet gradus.

42. *An liceat se adiungere ecclesie schismatica?* N. quia schisma formaliter malum est.

43. *Vbi fuenit ecclesia ante Lutherum?* Partim in Oriente, partim in Occidente.

44. *An ecclesia Romana nullos habeat electos Dei filios?* Habet. Sunt enim in Cimmerijs illis tenebris, quos illustrat lux Evangelij de salute in solo Iesu Christo quaerenda.

CAPVT XXVIII.
De Regeneratione.

I.

Quotuplicia sint media salutis? Immediata & mediata. Illa sunt regeneratio, pœnitentia salutaris, fides, communio sanctorum, justificatio, sanctificatio, libertas Christiana, & adoptio: hic est vocatio externa per verbum & sacramenta, Nimirum Deus nos regenerat adducendo ad pœnitentiam & fidem, vt in sanctorum communionem veniamus, remissionem peccatorum obtineamus seu justificemur, & inde sancte viuamus, ac libertate Christiana fruamur, deniq; jus adoptionis percipientemur.

2. *Quid*